17

unde et multa esse non opposita sunt. Est enim unum et potentia et eadem

secundum actum. Hoc igitur modo fractis impossibile videtur quod sint

An unum esse. Et ex quibus demonstrant solvere non difficile est utrique

enim sophistice sillogizant et Parmenides et Melissus et

namque falsa recipiunt et non sillogizantes sunt. Magis autem

Melissi onerosa et non habens defectum. Sed uno inconvenienti as-

signato alia contingunt. Hoc autem nichil grave est. Quod quidem igitur

paralogizat Melissus manifestum est. Opinatur enim accipere si quod factum

est habet principium omne quod et quod non factum est non habet. Postea et

hoc inconveniens omnis esse principium rei et non temporis et generationis

non simplicis sed alterationis tamquam non momentanee facta muta-

tione. Postea propter quid immobile si unum est sicut enim et pars

una ut sit hec aqua movetur in ipsa quare non et omne. Postea al-

teratio propter quid non erit. At vero nec specie possibile est unum

esse sed sicut ex quo sic enim phisicorum quidam unum dicunt illo modo

non. Non homo namque ab equo alterum est specie et contraria adinvicem.

An Et ad Parmenidem autem idem modus rationum est et si alii aliqui proprii

sunt et solutio partim quod falsa est partim quod non concludit.

Falsa quidem quia simpliciter accipit quod est dici multipliciter dicto. Non

concludit autem quia si sola alba accipiantur significante unum

album nichilominus multa alba sunt et non unum non enim continuatione

Accidens dicit essentiam diversam a subiecto

erit album unum neque propter continuitatem aliud enim erit esse albo et susceptibili
et non erit praeter album nihil divisum non enim in quantum est separabile
sed esse alterum est albo et ei cui inest sed hoc Parmenides non dum
videbat. Necesse igitur accipere non solum unum significare quod est de quo
utique praedicetur sed et quod vere ens est et quod vere unum est accidens enim
de subiecto quodam dicitur quare cui accidit quod est non erit alterum
enim est ab eo quod est erit utique aliquid quod non est non utique inerit
alii existens quod vere est non enim inerit ens aliquid ipsum esse nisi multa
quod est significet sic ut sit aliquid unumquodque sed supponitur quod
est significare unum si igitur quod vere est nulli accidit sed illi aliquid
magis quod vere est significat quod est quam quod non est si enim quod vere est et
album albo autem esse non est quod vere est neque enim accidere ipsi possibile est
quod est neque enim quod est est quod non est vere non ergo quod est est quod album
est non sic autem sicut non aliquid non sit sed omnino non sit quod vere utique est
non est verum enim est dicere quoniam album est hoc autem non quod est significavit
quare et si album sit quod vere est multa significat ergo sit quod neque igitur magni-
tudo est quod est si quidem quod vere est est quod est utrique enim alterum
est esse partium quod autem dividitur quod vere est in quod vere est aliquid aliud et
ratione manifestum est ut homo si est quod vere est aliquid necesse est et animal quod
vere est aliquid esse et bipes si enim non quod vere est aliquid accidentia erunt
aut igitur homini aut alii alicui subiecto sed impossibile est accidens enim di-

est autem propter hoc quod aliud est subiectum hoc autem non est contrarium

Quod neque plura contrariorum sunt principia quemadmodum si duo aut
tria dicere multum neque unum penitus duo propter id quod alterum est
esse ipsis sicut alterum homini esse et non musico esse et infigura-
to et aeri. Quot quidem igitur principia circa generationem physicorum
et quomodo tot sunt dictum est et ostensum est quod oportet subici
aliquid contrariis contraria duo esse secundum quendam modum alio non necessarium est sufficit
enim quod est alterum contrariorum facere absentia et presentia mutationem

Subiecta autem natura scibilis est secundum analogiam sicut enim ad
statuam es aut ad lectum lignum aut aliorum aliquid habentium formam se
materia et informe se habet priusquam accipiat formam sic ipsa
ad substantiam habet et hoc aliquid et ens. Unum quidem igitur principium est
[…] unum existens neque sic unum sicut hoc aliquid unum autem sicut ratio
[…] autem contrarium huic privatio est haec autem quomodo duo et quomodo
[…] dictum est. Primo quidem igitur dictum est quod principia contraria sunt
posterius autem quod necesse est et aliud quoddam subici et esse tria
ex his autem nunc manifestum est que differentia contrariorum et quomodo
se habent ad invicem principia et quid subiectum utrum autem substantia
species aut subiectum nondum manifestum est sed quoniam principia tria et
quomodo et quis modus eorum dictum est. Quot quidem igitur et que sunt
principia ex his considerentur. Quod autem singulariter sic solvitur et

antiquorum desertis diximus post hec querentes enim secundum philo-

sophiam primi veritatem et naturam entium diverterunt ut in viam

quandam aliam abducentes ob infirmitatem et dicunt neque fieri

eorum que sunt nullum neque corrumpi eo quod necesse sit fieri quod fit

aut ex eo quod est aut ex eo quod non est ex his autem utrisque impossibile esse

neque enim quod est fieri contingit esse enim iam neque ex eo quod non est

nichil utique fieri subici enim aliquid oportet et per consequens

contingentes augmentantes neque esse multa dicunt sed tantum quod

est illi quidem igitur talem acceperunt opinionem propter ea que dicta sunt nos autem

dicimus quod quod dicitur ex eo quod est aut ex eo quod non est fieri aut quod est

aut quod non est aliquid facere aut pati aut quodlibet hoc fieri unoquidem

modo nichil differt ut medicum aliquid facere aut pati aut ex [illegible]

hoc fieri ex medico aliquid esse aut fieri quare quoniam hoc [illegible]

dicitur manifestum est quod ex eo quod est et ex eo quod non est aut [illegible]

pati edificat igitur medicus non secundum quod medicus sed secundum [illegible]

ficator et albus fit non secundum quod medicus sed inquantum niger me-

dicatur autem et non medicus fit inquantum est medicus cum autem

maxime proprie dicamus medicum aliquid facere aut pati aut fieri ex

medico secundum quod medicus si hoc patiatur aut faciat manifes-

tum quod ex eo quod non est aliquid fieri et hoc significat inquantum non est

quod illi quidem non distinguentes deliquerunt et propter hanc